THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
12. bis 13. Jh.
Seite 128r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26453
Copyright: Admont, Benediktinerstift



128

Iohs apostolus et euangelista in patmos insula relegatus a domiciano principe. propter insuperabile euangelizandi constantia. ibi varius tribulationibus affectus. et ab hominibus derelictus. visitatur a deo et consolatur. Secundum apostolum quidem. Quanto magis exterior homo noster corrumpitur. tanto magis interior adiuvatur consolatione renovatur et corroboratur. Videlicet ihs in carcere positus denegata sibi terrena spacia per celestia. et desolatus ab hominibus consolatur a deo. Considerandum est autem quando tamen suae solum consolationis causa divina visitat clemencia et consolatur. sed sicut ipse consolatus est in tribulationibus. ita et alios hortari ad sustinendas tribulationes. et entes in tribulationibus. ut suo exemplo discerent consolari. et non ideo quod ihs ubi locus et tempus concessum erat minus fecisset. et aliquando a proposito predicandi consolandi vacaret. sed ut illis specialiter se commissis. quibus presentaliter adesse non potuit absens tamen quaedam pscripta commendaret. Consolatus est enim. Nam sps eius carnis mole solutus. metas humanitatis excedens. et spiritu aeternitati adunatus. quia omnia novit et cuius presentia presentialiter agitur. omnia videt. et cognovit omnia presentialiter. Sciens quomodo dei ecclesia in primo esset tribulata in mente pri abel iusti. et aliorum martyrum in presentia tribularetur. et in fine in mente antichristi. foret tribulanda. et ex tribulationes glorificanda. et omnibus christi fidelibus. presentem tribulationem necessariam esse. ad futuram glorificationem et remunerationem. Vt apostolus. nemo inquit coronabitur nisi legitime certaverit. Necessaria quidem est tribulatio. quia quod homo instigante diabolo lasciviis et superbus amisit. nisi faciente domino per multas tribulationes. et humilis et obediens nequaquam recipit. Ad huius rei veritatem comprobandam. certificat nos auctoritatem matrem. deferentem. et accipientem matrem patri filium. cum pro nobis omnibus. tradidit illum. Deferentis ihu christi. cum passus est pro nobis obediens usque ad mortem patri. accipientis ihs. Et ideo quaeritur quodcumque aeternitate procedit. quia pater et filius veritas sunt. recipiendum et firmiter credendum est. quodcumque. et talis veritas autoritas nobis commendatur. Quis enim iohs dilexit deum contrarie potest. quia negavit semetipsum et secutus est eum. Videndum est quasi in utroque novi et veteris testamenti libros. digniora sunt evangelia. sic inter cetera haec est dignior prophetias. Nam quod alibi aliorum iste presentialiter videt. et quae alius unifaria. iste trifaria data est prophetia simul de primo. de presentem. et de futuro. Considerandum est et hoc quia ipse xps unigenitus est patris nobis verbo. et exemplo premuit agnus. ut supscriptum est factum est obediens patri usque ad mortem. et quod sequitur propter quod et deus illum exaltavit. ubi re vera notatur quomodo pro filio suo non pepercit. quod nobis minus. et quia non potuit coronari nisi per passiones. ut dicit propter quod et deus illum exaltavit. manifeste declarat. quod non coronabitur. nisi cum pacem. et quia tribulatio est unum de preciosis donis dei. Et ideo iohs sibi sub duos hortatur et omnes christianos ad sufferendas in pro. et non solum hortatur. sed et ipse suasor suo exemplo consolatur. ut sciamus secundum quod ipse afflictus et ab hominibus derelictus visitatur et consolatur. ita et nos si suo exemplo gradiamur. Et hoc notandum est quod non indignitate sua et episcopatu suo. et incursus regum. sed in exilio uncuis. peni afflictum. hac usus est visione.

Notatur per illudentia quo dicitur esse. Quatenus magis homo noster. et cetera. Et ne aliquis quae iohs vidit et futura predixit fruola esse credat. et nocturnas illusiones perpetua et eaque presentialiter apud eos phantasia agebantur. et satis poterat. quia visio ista. quae ipse visus est intellectualis erat. secundum hieronimum. quia secundum eiusdem spiritum mole carnis solutus et spiritum aeternitati adunatus. ut diximus non misteria illa per rerum similitudine. sed nudam veritatem videt. et postea propter oblatrantes heretici figuris illis sigillavit. Augustinus autem testatur quod eas de tantum videret similitudine. Sed quis eorum verius dixerit. ipsi videant. Visio quidem ista secundum hieronimum intellectualis erat. Secundum autem augustinum spiritualis. quia tria membra sunt visionum. Visio prima corporalis esse dicitur. quia homo hominem corporalibus oculis celum terram et cetera substantias videt. et sepe fallitur. quia cum pictam hominem videmus arbustum tibi quid simile. Secta spiritualis secundum hieronimum. et ymaginaria secundum augustinum dicitur. duplex solet et quia fit dormiendo tibi vigilando et semper preter similitudines. Cum fit dormiendo communis est bonis et malis. malis numquam ad intellectum nisi paleum eis reseratur. Vt nabuchodonosor rex vidit lapidem illum derupe sine manibus abscisum. et montem mundum occupantem et statuam illam et daniel eam indicavit. Lapis ille excisus sine manibus demonstrat significat verbum demonstrat excisum hoc est de deitate missum. sine manibus hoc est sine virili semine. et sine humanis complexionibus concepti et incarnatum. crescens docendo et predicando occupabat totum mundum. hoc est subvertit iudaismum et infidelitatem. dando baptismum et fidelitatem. Et ut pharaon. vii. bovem macros. et vii. pin-